

II.

## **Palmae gerontogeae V\*).**

Von

**M. Burret.**

---

**Pinanga pachycarpa** Burret nov. spec. — Caudex ex frondis vagina inter robustiores vel robustos. Vagina in fragmento 25 cm longo visa, coriaceo-sublignosa, 5 cm circ. in diam., longitudinaliter costata, fusco-leprosa. Petiolus basi i. s. 5 mm latus, 57 cm longus, ut rhachis fusco-leprosus. Rhachis 1,30 m circ. longa. Segmenta utrinsecus circ. 20, pectinata, regulariter disposita, subrigida, modice sigmoidea, minus ad basin curvata quam apice falcata, fere omnia nervis primariis 2 percursa, linearia, infima 50 cm longa, ad 3 cm circ. lata, longe anguste acuminata, magis superne perpaucia trinervia visa, latiora, apicalia partim destructa, apice transverse dentata, dentibus linearibus, haud longis, breviuscule bifidis. Segmenta omnia, ut videtur, supra atroviridia, subtus forsan — in statu viso difficile recognoscendum — subalbido-cinerea, nervis ultimae ordinis numerosis sat conspicuis. Spadix inter majores, robustiores, refractus; pedunculus 2 cm longus, nonnihil applanatus, in dimidia 12 mm latus, pars ramosa 32 cm et ultra longa, rhachis 4,5 cm. Rami 8 penduli, longi, inter robustiores, glabri, 32—27 cm circ. longi, longitudinaliter angulosi, sed non flexuosi, in dimidia parte in axi 3,5 mm circ. in diam., superne modice angustati. Fructus spiraliter dispositi, in seriebus minus axin versus inclinatis 3, crassi, obovato-elliptici, apice rotundati, vix conspicue mamillati, cum perianthio i. s. 14 mm longi, 10 mm in diam. Perianthium fructiferum patelliforme, 3 mm altum, sepalis liberis, imbricatis, late rotundatis, minute apiculatis, petalis subaequialitis, late rotundatis, ciliatis. Rhapheos rami pauci, parce anastomosantes. Embryo supra seminis basin oblique dispositus. Albumen profunde multiruminatum.

---

\* ) Vgl. Notizbl. Bot. Garten und Mus. Berlin XII (1935) 590.

Sumatra: Ostküste, Baudar Poeloe, Asahan (H. S. Yates n. 2031 com. E. D. Merrill).

Die Art ist ausgezeichnet durch den relativ großen, zurückgebogenen Kolben mit ziemlich zahlreichen, langen, kräftigen Ästen und spiralförmig angeordneten dicken, kurzen Früchten, bei denen der Scheitel kaum hervortritt.

Die Blattscheide ist sehr kräftig, die Fiedern sind zahlreich, sigmaförmig, nach oben stark sichelförmig. Ich vermag die Art mit keiner der bekannten, von denen ich einen Teil allerdings nur nach der Beschreibung vergleichen kann, zu identifizieren. Bemerken muß ich, daß mir die Beschreibung von *P. glauca* Ridl. nicht zugänglich ist. Andere Arten, bei denen ich in der gleichen Lage bin, lassen sich schon nach den gänzlich unzutreffenden Namen, *P. arundinacea* und *P. parvula*, ausscheiden.

**Pinanga viridis** Burret nov. spec. — Caudex 1,5 cm circ. in diam., dense fusco-leproso-maculatus, internodiis visis 4,5—8 cm fere longis. Frondis vagina in fragmento superiore visa fusco-furfuraceo-maculata. Petiolus 37 cm longus, robustus, fusco-leprosus. Lamina 87 cm longa, nervis primariis utrinsecus 35, segmentis 6—7. Rhachis fusco-leprosa, 67 cm longa. Segmenta apicalia quam reliqua nonnihil latiora, multinervia, ad basin 9,5 cm in diam., superne sensim modice dilatata, ad apicem 11,5 cm in diam., apice transverse dentata, dentibus subovatis, breviter bifidis, reliqua aequidistantia vel fere, linearia, superne conspicue falcata, acuminata, praecipue infima sigmoidea, omnia tenuia, utrinque viridia, inferne modice attenuata, maxima latitudine in dimidia circ. sita, 4—6,5 cm circ. lata, nervis primariis plerumque 5 percursa, media circ. 45 cm in margine superiore longa. Nervi tenues ultimae ordinis subtus bene conspicui, minute pallide fusco-lepidoti et pilosuli. Spadix cum floribus ♀ jam refractus, glaber, inter mediocres, 15—17 cm longus, ramis 3—4 digitatis. Pedunculus 3,5 cm longus, in dimidia 3 mm latus. Rami inter minus validos, ad florum insertiones leviter vel levissime flexuosi, axis fructifera ipsa 2 mm lata, modice compressa. Fructus distichi, laxiusculi, nondum plane maturi cum perianthio i. s. 18—19 mm longi, fusiformes, 6 mm in diam. metientes, superne angustati, apice crassiusculi, pulvino stigmatifero  $1\frac{2}{3}$  mm lato. Perianthium fructiferum 2,5 mm altitudine vix superans, 4 mm in ore in diam. metiens.

Südchina: Ohne genauere Angabe, wahrscheinlich Provinz Kwang-Tung (Woon-Young-Chun n. 22034).